



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitome Instituti Societatis Jesu

Sesti, Curtius

Bruxellis, 1690

Cap. I. De Provincialibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

probatae Fidei constituat, ut qui intelligit ex his, & localibus bonam gubernationem Societatis pendere. Nam ferè quales Superiores fuerint, tales & eorum subditi erunt. ^b


^b P. 9. c. 6. §. 2.
& 6. & P. 10.
§. 8. & Or. c.
17. p. 1. §. 1.

CAPUT I.

De Provincialibus.

SECTIO I.

Provincialium Electio, Substitutio, .
Cessatio.

I.  I Superiores omnes accedere oportet ad dotes Præpositi Generalis, id Potissimum Provincialibus convenit. ^c Et

Provincialium
Dotes.

^c P. 9. c. 6. I.

præterea necessariò debent esse quatuor Votorum Professores, ^d

^d P. 8. c. 3. A.
& C. 3. D. 21.
Electio, & Substitutio in casu mortis.

2. Jam dictum est P. 6. C. 1. Sect. 3. Provincialium electionem pendere à Generali. Et quamquam Paulus III. concesserit, decedente in Indiis Provinciali, alium ibi substitui, donec à Generali novus mittatur, ^e hoc privilegio minimè utendum, sed servandum quod pro Europæ Provinciis, in casu mortis, decretum est. ^f Si enim

^e Paulus. III.
pag. 51.

^f Comp. V.
Prov.

enim nullo Successore in ea Provincia nominato, nec ipse Provincialis moriens aliquem Vice-Provincialem designaverit, tunc Præpositus (non autem Vice-Præpositus Domus Professæ) vel si plures sint Domus Professæ, antiquissimus Professorum ex Præpositis, sit Vice-Provincialis, donec Generalis provideat. Quod si nulla in ea Provincia sit Domus Professæ, succedat in Vice-Provincialem Rector (non Vice-Rector) maximi Collegii, si Professus quatuor Votorum sit; aut si ille non fuerit talis Professor, sit antiquissimus similium Professorum ex ceteris Rectoribus. Si verò contingat nullum quatuor Votorum Professum esse Rectorem; sit nihilominus antiquissimus Professor quatuor Votorum Provinciæ tantisper Vice-Provincialis, quoad Generalis, aut Vicarius alium nominaverit. g

gC. 4. D. 56. &
C. 9. D. 35. &
C. 13. D. 12.

Quid agendum in Europa Provinciis remotioribus Provinciali inutili.

3. At quando Provincialis propter egritudinem, vel alia de causa, inutilis ad gubernandum Provinciam redditus, Vice-Provincialem constituere, aut negat, aut nequit; si omnium Consultorum consensu, vel etiam trium (quarto scilicet excluso, qui de jure succedere deberet, si is Consultor sit) certò, ac sine dubitatione Provincialis factus incapax omninò iudicetur;

cetur; in Provinciis Europę extra Italiam, & insulas Italię adjacentes constitutis, Provincia regenda est ab eo, cui mortuo Provinciali de jure id competit, donec à P. N. responsum habeatur. Quod si Consultores Provincię, aut eorum aliqui fortè præsentēs non adsint, ubi Provincialis tunc versatur; synceram ad eos de statu Provincialis informationem mittant Provincialis Socius, & ejus loci Superior, in quo tunc Provincialis reperitur; ut ex ea Consultores judicium ferant. *h C. 9. D. II.*

4. Cujus consultationis formula, ubi simile quid incidit, servanda etiam in Indiis, aucto tamen numero usque ad septenarium; quem explebunt, præter Consultores, antiquiores Professi præsentēs, aut viciniore; quos omnes Socius Provincialis, si præsens fuerit, aut eo absente, professorum præsentium antiquissimus monere debet: & ex septem illis, quinque saltem, Provinciale prorsus esse inutilem judicare debebunt, antequam de Successore cogitent. Si verò Provincialis judicatus fuerit ad munus exercendum inutilis; Judices aperiant literas, quibus continetur nominatio sequentis Provincialis, & succedat qui in illis nominatus fuerit. At si nullæ fortè tales literę habeantur, succedat

Quid in Indiis.

dat qui de jure in Europa succedere debet, juxta Decr. 56. Congr. 4. Si tamen ea Provincia Visitatorem habuerit; ille, auditis Consultoribus, de tota re judicet, & de Successore, via in Indiis ordinaria, provideat.

Quid cum Visitatore Indico.

5. Si rursus Visitator Indicus (est enim ordinarius alicubi Magistratus) redditus esset inutilis; fiat Consultatio, quæ de Provinciali instituenda est; & Provincialis, in cujus Provincia Visitator tunc fuerit, intra numerum septenarium continebitur; nisi fortè longissimè abesset, & periculum esset in mora, eritque Provincialis monere ceteros: non habebit tamen in eo judicio nisi suffragium, ut ceteri: & si quinque judicent Visitatorem factum esse profus ad suum munus exercendum inutilem, aperiantur literæ (ut de Provinciali dictum est) succedatque, qui posteriore loco nominatus fuerit Visitator; at non extantibus hisce literis, tunc munus Visitatoris cesset omninò, etiam in reliquis Provinciis, si plurium ille Visitator fuerat; nam judicio unius tenentur omnes acquiescere. i

i C. 9. D. 40.

Quamdiu duret Provincialium regimen.

6. Tempus Regiminis Provincialium erit triennium, ut plurimum; quamvis & contrahi, & prorogari etiam id spatium

rem.

temporis possit. Illudque ex definito plerumque spatio temporis commodi accedit; ut sine nota, cursu triennii peracto, removeri possint, qui se parum idoneos ostendissent. Sed ne ulli Provinciali triennium prorogaretur, quin & à Magistratu quolibet per annum à dimisso officio vacarent singuli, & obedirent sicut ceteri, vivè vocis Oraculo jusit Clemens VIII. Quod tamen mandatum idem Clemens variis modis mitigavit, & Paulus V. & Alexander VII. omninò abrogaverunt.

lP. 9. c. 3. §. 14. & 1.

m C. 5. D. 64. n Paul. V. pag. 312. & Alex. VII. in app. pag. 72.

Quid agendum cum recusantibus, si Generalis objerit.

7. Si contingat eos qui nominati sunt Superiores à Generali defuncto, nondum intellecta ipsius morte, munus injunctum deprecari; censuit Congregatio à Vicario, & Assistentibus ita audiendos, ut si probentur eorum rationes, nominati nullo Superiorum privilegio fruantur, sed maneant in statu pristino, donec ab electo Generali, vel confirmetur nominatio, vel mutetur.

o C. 10. D. 9.



S E C T I O I I.

Provincialium facultates in genere.

Potestas Provincialium alia ordinaria, alia extraordinaria.

p. R. Prov. 8.

** Ampla sit, & nonnulla indicantur, ad quæ posset extendi.*

q. P. 2. c. 1. §. 2. & P. 9. c. 6. §. 2. & P. 10. §. 8. & P. 4. c. 10. §. 3. & c. 17. §. 1. & P. 9. c. 3. §. 15.

** P. 5. c. 1. §. 2. & c. 2. §. 4. 5. & A. B. C. & P. 9. c. 3. A.*

Quatenus illis communicata sint Privilegia Societati concessa.

1. Provincialium potestas pendet à Generali, ut dictum est; eaque alia ordinaria, & ex æquo omnibus conferenda; alia extraordinaria, communicanda pro ratione loci, temporis, & personarum. Utramque certo constare voluit Con. 2. Decr. 10. jamque ordinaria patet potissimum ex Provincialis Regulis, & Compendio Privil. *p.* Extraordinaria verò à Generali determinanda.

*** 2.** Sed in universum expedit, ut Provincialibus ampla auctoritas conferri possit, & in aliquibus etiam conferatur. *q.* Et potest quidem Generalis communicare iisdem facultatem constitueudi Præpositos locales, & Rectores, reservata sibi facultate eosdem confirmandi, vel removendi. Potest etiam iisdem tribuere facultatem admittendi ad quemcumque gradum, etiam Professorum. *s.*

3. Circa Privilegia Apostolica Provinciales non modò habent omnes facultates, quæ in Compendio facultatum Societatis ipsis conceduntur, sed tum ipsi, tum Vifi-

tatores, ubi est periculum in mora, ita ut Generalis responsum expectari nequeat, possunt uti etiam iis Privilegiis, quæ necessaria sunt; & licet non inserta nostro Compendio, tamen aliqua communicatione Societati nostræ competunt.

R. Prov. 8. & Præf. Comp. Privil. Soc.

4. Ad Provinciales quoque pertinent omnes facultates eorum Superiorum, qui ipsi subordinati sunt; quæ ab ipso suspendi poterunt. Unde consequens est habere facultatem faciendi contractus in bonum Provinciæ, vel Collegiorum, aut Residentiarum in suis Provinciis. At quamvis id validè possit, nullo tamen modo facere debet, contradicente, aut etiam inconsulto Superiore locali; nisi urgens necessitas contrarium suaderet; in quo casu monere debet Generalem, quas ob causas id fecerit.

Et facultates inferiorum, sed cum aliqua limitatione.

R. Prov. 9.

C. 8. D. 54.

5. Porrò facultates, & Privilegia quæcumque à Superioribus concessa, morte illorum, vel munerum abdicatione, non cessant. Sed illi, qui Superiorum, maximeque Provincialium munus ineunt, tenentur, ut primum commodum illis fuerit, præsentibus, & coram monere Subditos, ut privilegia, & facultates à Prædecessoribus concessas aperiant, ut eas ipsi vel confirment, vel abrogent. Qua facta

Quomodo perseverent, aut cessent Privilegia, & mandata ab iis profecta.

denunciacione, si illas Subditi non aperiant, de facto pro abrogatis habendę. Idemque judicium esto de facultatibus à Visitatoribus concessis; quas etiam Subditi rogati Provinciali indicare tenebuntur: licet non possint eas Provinciales, nisi Generali admonito, revocare. *y* Quæcumque pariter præcepta Personis particularibus imposita perseverant; donec à Successore revocentur. *z* Responfa, & Ordinationes P. N. aliis Provinciis data, allataque à Procuratoribus in suam Provinciam, ita in hac vim habebunt, si Provincialis, auditis Consultoribus, judicaverit expedire. *a*

y C. 7. D. 36.
z C. 9. D. 12.
a Form. Con. Proc. §. 16.

SECTIO III.

Facultates Provincialium spectantes ad ipsorum Personas.

Quorum expensis Provincialis alatur, & de ejus habitatione, Socio, Confessario, &c.

I. **F**acultates Provincialibus concessæ in particulari, aut magis directè ad ipsorum Personas referuntur, aut ad alios. Primi generis sunt: *1.* Provincialis ali debet expensis ejus Domus, vel Collegii, ubi est; & quando iter agit, expensas facient *ii*, quibus erit bono illud iter; modò pro Societatis negotiis susceptum sit. *b* In iis verò locis diutiùs versabitur, ex quo

b C. 2. D. 82.

cun

cum Subditis, & cum Generali crebra communicatione literarum uti possit. *c* P. 8. c. 1. §. 7. Nec discedet à sua Provincia absque Generalis facultate, nisi locus esset vicinus, aut sine gravi incommodo ejus responsum expectari non posset. *d* Debet suum locum in mensa aliis Provincialibus hospitibus deferre: atque hi exhibitam urbanitatem admittere ne graventur. *e* Illi concessus est, dum aliis negaretur, certus Coadjutor temporalis, qui ei pro Socio sit. *f* Alium & Socium habet Sacerdotem à Generali constitutum; qui sit ejus Admonitor, & à Reservatis eum possit absolvere. Idem semel quotannis certiore faciet Generalem quemadmodum suas regulas observet Provincialis; ceterasque Ordinationes executioni mandandas curet, & ut fructuosè se gerat in obeunda Provincia. *g* De Admonitoris officio distinctiùs agetur infra Cap. 4. Sect. 3. Quicumque autem Provinciali sit Confessarius, cum eo potest dispensare in iis, in quibus Superiores cum suis Subditis. *h* Si velit aliquid typis edere, id non faciet, nisi consulto priùs Generali, servatoque, quem ille præscripserit, ordine. *i*

2. Non expirat ejus potestas per mortem Generalis. *l* Nec licet Generali ejus

F f 4

Of-

g P. 9. c. 4. §. 4.
 & C. 8. D. 25.
 §. 3 & R. Pro.
 11. & Or. c. 1.
 §. 10. & Cl. c.
 3. tit. 2. §. 3.
h Or. c. 1. §. 22.
i R. Rev. 15.
 Officium perseverat mortuo Generali, & post indictam Congregationem.
l C. 1. D. 1.

Officium mutare post indictam quamcun-
que Congregationem Generalem, usque

m C. 1. D. 1. & ad hujus dissolutionem. *m* In ordine ac
C. 4. D. 58. & hunc effectum impediendi mutationem,
C. 5. D. 20. & tunc Congregatio decreta censerit debet;
23. & C. 7. D. quando à Generali certum tempus illi cele-
66. & C. 12. brandæ indicitur. A die igitur hujus indi-
D. 32 & For. ctionis non potest Generalis mutare Pro-
Con. Gen. §. vincialem; nisi in certis casibus, in quibus
58.

n C. 12. D. 30. potest, & ipse Vicarius. *n* Quod si literæ
designantes novum Provincialem missæ
sint ante indictam Congregationem Gene-
ralem; sed non pervenerint in Provinciam,
nisi post illius indictionem; perinde fortium-
tur effectum suum; nisi ante indictam Con-
gregationem antiquus Provincialis trien-
nium non explevisset, & constaret Gene-
& C. 13. D. 21. ralem non voluisse illum, ante tempus ex-
auctorare. *o*

In absentia, aut 3. In absentia, vel in periculo vitæ,
morte Vice-Pro- aut in graviore, & longiore morbo consti-
vincialem no- tutus potest nominare Vice-Provincialem,
minat. si Generalis neminem designasset. *p* No-
p R. Prov. 10. minatio autem non potest cadere nisi in
q C. 4. D. 56. quatuor Votorum Professum *q*
& C. 13. D. 12.

Iura utriusque. 4. Quando verò contingit Provincialem
à sua Provincia abesse, constituto Vice-
Provinciali, ille retinet eandem jurisdic-
r C. 12. D. 53. ctionem, quam præsens habet. *r*

5. Pro-

§. Pro mortuo Provinciali unum Sacrum, & una Corona indicitur in iis Provinciis, quas Gubernavit. s

Suffragia Provincialis vitæ functi.

s C. 9. D. 21.

Jam facultates, quæ ad alios referuntur, ne eadem sæpius repetantur. sequentibus Sectionibus reddentur, unâque jungentur tum auctoritas Provincialium, tum obligationes eorundem, servato titulorum ordine, quo Provincialis Regulæ digeruntur; à quibus potissimum omnia derivanda sunt.

SECTION IV.

Quo pacto Provincialis Subditos regere debeat, & agere cum Consultoribus.

I. Quæ Superioribus localibus circa eorum Personas in Regulis præscribuntur, eò diligentius Provincialis curet, quò pluribus vitæ spiritualis studio præire debet. Eum sibi finem præfigere debet, ut Provinciam ad acquirendam Instituti perfectionem promoveat; idque exemplo magis, quàm verbo. Imitetur mansuetudinem, & gubernationem Christi Domini; Severitatem tamen suo tempore admisceat: Auctoritatem per solidas virtutes tueatur, dilectionem, & curam suo-

Virtutes præstanda in Gubernatione.

suorum præferendo, & præcipiendo modestè, ac circumspèctè; ita amabilem se reddat, ut omnes ad illum fidenter recurrant, sollicitè animum ad gubernationem applicet; sic tamen ut in studio orationis non intepescat. Societatis Ministeria, si per occupationes officii sui licebit, obire poterit. *

† R. Prov. 1. 2.
3. 4. 7. Paul.
III. pag. 12. &
Jul. III. p. 64.
& P. 4. c. 10.
§. 4.

Non potest derogare Regulis, dispensare in particulari potest.

2. Nullas Regulas, aut Ordinationes, aut Consuetudines toti Provinciæ communes abroget; aut novas inducat, inconsulto Generali. Sed in illis, & in ipsis etiam Decretis, & Constitutionibus potest cum particularibus dispensare. Cujus dispensationis in rebus gravibus certior fiat Generalis; si ad dispensandum, ut oportuisset, ejus responsum expectari non potuit. * Et præterea in dispensando animum advertet ad ea servanda, quæ in gratiam Executionis præscripta sunt; & commodiùs infra Cap. 6. §. 5. recitabuntur.

† P. 9. c. 3. §. 8.
& D. & Reg.
Prov. 6. 7.

Habeat Consultores, & ex his Admonitorem, & Socium.

3. Habeat quatuor Consultores à Generali designatos in iis locis, ubi frequentius residet; quorum unus erit ejus Admonitor, & Socius, ut supra dictum: est quamvis in singulis Domibus, vel Collegiis uti poterit opera Superioris, & ejus Consultorum. Poterit alios etiam ad consultationes nonnunquam vocare, vel absentes consulere. *

† P. 9. c. 6. §.
14. & I. & R.
11. 12. & Cl. c.
2. tit. 2. §. 3.

4. Consultoribus autem communicet
 literas, & scripta, quę pertinent ad rem,
 de qua Consultatio habenda est. Quibus
 etiam, & Superioribus suę Provincię ma-
 nifestari faciat Ordinationes communes
 quas accepit à Generali: hasque præterea,
 si alicujus momenti fuerint, in libro ad id
 designato describendas curet. In proponen-
 da deliberationis materia in neutram par-
 tem animi sui propensionem ostendat. *y*
 Si quando aliquid occurrerit, de quo non
 liceat cum Consultoribus agere, poterit
 juxta primum, & secundum modum in
 Exercitiis ad electionem faciendam tradi-
 tum, quid agendum sit, deliberare, & Li-
 benter se ab aliis admoneri patiatur; & ab
 eo præcipuè, qui officio Admonitoris apud
 eum fungitur. *a* Consultationemque ha-
 beat, principio cujusque mensis cum iis-
 dem de Disciplina totius Provincię; ubi
 exquirendum; quid de ea audiatur; quid
 Rectores, & eorum Consultores ad ip-
 sum scripserint, *b*

5. Consultores verò Provincialis (præ-
 ter ea quę præscribuntur omnibus Con-
 sultoribus in ipsorum Regulis in Cod.
 Regul. pag. 154. & de quibus infra Cap.
 4. Sect. 2.) hoc peculiare habent, i. ut non
 obstante §. 6. In. 18. debeant tantum bis
 in

*Quomodo cum
 illis agere debet.*

y R. 13. 14. 15.

z Reg. 16.

a Reg. 17.

b C. 6. D. 36.

§. 6. 7. & Or c.

1. §. 123. & In.

18. §. 6.

*Consultorum
 Provincialis
 Obligationes, &
 Jura.*

in anno, mense Januario, & Julio ad
 Generalem scribere, nisi res aliqua majorem frequentiam posceret: exponent autem quid sibi in Domino videatur de Provinciali, ejus administratione, & rerum statu. *c* 2. Ad eundem Præpositum scribent, utrum exactè servetur Instructio de Ordinandis, quæ habetur Cap 5. Ordin. *d* & quæ præscribuntur de Collationibus Casuum conscientiaè habendis in Decr. 17. Congr. 13. & num principio cujusque mensis Provincialis instituerit Consultationes de totius Provinciae disciplina; & quo fructu. *e* Præterea eidem Præposito significabunt judicium suum de aptis ad gubernandum, *f* & de promovendis ad Gradum. *g* 3. Habent jus suffragii decisivi, si adsint Provinciali, in consultatione prævia ad Congregationem Provinciam, super impedimentis eorum, qui ad eandem Congregationem accedere debuissent. *h* 4. At extra Italiam, & Insulas adjacentes, simili jure voti decisivi gaudent, ad statuendum, an Provincialis planè inutilis redditus sit ad gubernandam Provinciam; & in Indiis etiam ad deliberandum de simili impedimento Visitatoris. *i* Ac demum in Europa; cum, audita morte Generalis, mittendus videretur extra Provin-

e R. Const. 10.
 & Form. Scrib.
 R. 20. 21. &
 C. 7. D. 91. &
 Or. c. 10. §.
 3.

d In. 1. §. 1.

c C. 6. D. 36.
 §. 6. & Cl. c.
 2 tit. 2. §. 3.
f Or. c. 17. p. 3.
 §. 5. & Or. c. 18.
 par. 6.

g Or. 18. p. 1. §.
 10. & p. 5. §. 6.
 & p. 6.

h Form. Con.
 Prov. §. 10. &
 C. 7. D. 48.

i C. 9. D. 11.
 & 40.

vinciam aliquis; cui jus suffragii esset in Congregatione Provinciali. *l* Atque hæc satis de Consultoribus Provincialis.

l R. Prov. 113.

6. Ipse verò habeat secum literas Apostolicas authenticas, & Compendium facultatum Societatis, Constitutiones, Decreta, Regulas omnes, & quæ à Generali ordinantur, eaque bene intelligat, & observari faciat. *m* In loco, in quo diutius ei residendum est, habebit Archivium, in quo asservabit, quæ ad suum officium, & communem usum Provinciæ pertinent, quæ omnia ex Catalogo à se subscripto Successori tradet. *n* Habeat præterea libellum, in quem referat, quæ agenda, aut scribenda sunt. *o*

Constitutiones, Decreta &c. Provincialis apud se habeat.

m Reg. 18.

n R. 19.

o R. 20.

7. Orationes, & Missas indicere poterit; sed modum in his non excedat. *p*

Orationes indicare potest. p R. 21. & P. 7. c. 2. M.

S E C T I O V.

Provincialis jura, & Obligationes erga sibi subordinatos Superiores, & eorum Officiales.

1. **E**T si non potest Præpositos Domorum, & Rectores Collegiorum, & Domorum Probationis suæ Provinciæ constituere: si tamen necesse esset aliquando

Quando Superiorem constituere possit.

do mutationem facere Superioris alicujus, & periculum esset in mora, vel, si is moretur, poterit aliquem, qui vices Superioris gerat, interim constituere, donec Generalis admonitus provideat. Ministros autem, & Procuratores ipse designabit, atque etiam Subministros, & Praefectos Sanitatis. ¶

¶ R. 22. & P.
9. C. 3. §. 14.

Et Reliquos Officiales.

¶ R. 23.

¶ R. 24.

¶ R. 25.

Tum Praedicatores, Confessarios, Magistros.

¶ R. 26. & C. 2.
D. 62. & C. 13.
D. 16.

* P. 4 C. 6. F. &
C. 7. A. & C. 12.
C. & R. Prov.
27. & St. Prov.
2.

2. Eiusdem erit constituere Magistros Novitiorum in locis Probationis non separatis, sed à Generali confirmandos; designabitque Praefectos rerum spiritualium, Viros selectos juxta In. 10. itemque ordinarios nostrorum Confessarios, Consultores etiam, & Admonitores eorum, qui praesunt in Provincia; atque illi suo munere fungi statim poterunt, licet confirmandi à Generali. †

3. Praedicatores, & Confessarios idem constituet, praemisso tamen domestico examine, & approbatione Ordinariorum juxta formam Concilii Tridentini. ¶ Lectores ordinarios in omnibus classibus, & primarios Officiales (praeter Rectorem, & Cancellarium) in Universitatibus deligat; novas tamen lectiones non addat, nec Scholas usquam ullas, & praesertim eas, in quibus pueri legendo, & scribendo instituantur; quod nec privatim licebit, sine facultate Generalis. *

4. Crebra intercedat inter ipsum, & inferiores literarum communicatio, & iuxta ejus arbitrium in omnibus se gerant. y Et quamvis Superiores locales, & qui in Missionibus versantur, debeant scribere ad Provinciale singulis hebdomadis; ipse tamen ad eosdem non nisi singulis mensibus. z

5. Tueatur auctoritatem Superiorum immediatorum in subditos; ita tamen ut constet posse omnes ad mediatos recurrere: ideo quidquid agendum erit, quod ad immediatorum officium pertineat, per eosdem fieri curabit; a nec ab eorum obedientia quemquam eximat, inconsulto Generali, nisi periculum esset in mora; & tunc certiores faciat Generalem de Persona, & causis, propter quas eam exmerit. b

6. Et quia magni momenti est ad tuendam disciplinam, & executionem urgentem Superiorum immediatorum fortitudo, & constantia; ad eam fovendam Provincialis 1. amanter cum illis agat, ostendatque se de illorum bono successu, & auctoritate tuenda esse sollicitum. 2. Examinet diligenter subditorum querelas adversus Superioris rigorem; ne fortè existiment rigorem esse exigere à Subditis exam

Crebra literarum communicatio.

y P. 8 c. 1. §. 4. & 9. & P. 9. c. 6. §. 2. & Form. Scrib. §. 1. & c. z P. 8. c. 1. L. & C. 2. D. 53. & For. Scrib.

§ 2. & 5. 6. *Defendat Superiorum auctoritatem.*

a P. 2. c. 1. §. 2. & P. 4 c. 10. §. 4. & P. 8. c. 1. §. 4. & 6. & R. Prov. 29 b P. 8. c. 1. D. & E. & R. Pro. 31.

Media ad eorundem constantiam fovendam.

Etiam observationem Regularum. Nec minus examinetur, quid causæ sit, cur de multis Superioribus non audiantur Subditorum querelæ; an quia salvâ disciplinâ suaves, an quia remissi, quod pacificè vivere velint. 3. Non sit facilis credendo delationibus contra eosdem. 4. Curet, ut omnes intelligant unam omnium Superiorum mentem esse, ad executionem urgendam; neque recursus in hac parte prodesset. 5. Urgeat executionem apud Superiores immediatos. 6. Non permittat Regularum transgressores impunitos abire, etiamsi antiquiores sint, & benè meriti: & eadem disciplina communis sit ipsis Superioribus, si suo officio desint. 7. Antequam è Collegiis discessum curet executioni mandari ea, quæ certò à Regula præscribuntur, & prætermissa sunt: quod si aliud tempus postulant, notet in Memoriali: & negligentes in executione Rectores etiam à tali onere liberentur. c

c C. 6. D. 37.
& C. 9. D. 26.
& In. 18. §.
3. & 11. &
Cl. c. 2. tit. 2.
§. 4.

*De idoneis ad
gubernandum,
alia Ministeria.*
d R. 29. 30. &
R. Visit. 24. &
26. 27. & 40.
& c. & Or. c.
17. p. 1. §. 2.
3. & c. & In.
21. §. 4.

7. Quos ad gubernationem idoneos judicaverit, aptis experimentis exerceat, & universim curet singulorum talentis Ministeria congruere. d

S E C T I O VI.

Provincialis jura, & obligationes erga
admittendos in Societatem.

1. P Oteft admittere ad probationem vel per fe, vel per alios: caveat tamen in admiſſionibus juſtas Externorum offenſiones; excludat ineptam turbam; & ad Examinatorum regulas omnia exigat. e Circa dimiſſos recipiendos obſervet Conſtitutiones. f

Quos admittere poſſit.

e P. 1. c. 1. & P. 10. §. 7. & R. 32. 33. 34. f R. 46.

2. Ubi dubium incidit de impedimentis indiſpenſabilibus, Generalem conſulat: ad quem etiam referet, ſi admittere cupiens ſpem magnam ſui faceret; ſed aliquo hujusmodi impedimento detineretur. g

Quid agat cum impeditis.

g Ex. c. 2. D. & P. 1. c. 3. G. & R. 35.

3. Impedimentiſ ſecundariis diſpenſandi facultatem habebit; præterquam in deformitate magna, aut defectu inſigni (qualem habent Eunuchi) & in ætate infra 15. & ultra 50. expletos annos; & in conjugatis etiam, in caſu, in quo non eſt impedimentum eſſentiale. h

Quando diſpenſare cum illis poſſit. h P. 1. c. 3. & R. Prov. 36.

* 4. Poterit diſpenſare cum Novitiis in ſex experimentis, & in ſecundo anno circa ſtudia, idque ex commiſſione Generalis; ſed non in contrahendo biennio probationis, licet illud prorogare poſſit. i

* Et cum Novitiis circa Probationes.

i Ex. c. 4. §. 9. & 43. & P. 5. c. 1. C. & C. 2. D. 14. & C. 5. D. 12. 13. & 63. & R. 37. 38.

G g 5. Co-

Coadjutores
parce admitten-
di.

1 P. I. C. 2. §. 2.
& A. & P. 3. C.
2. §. 7. & H. &
P. 4. C. 3. §. 2.
& C. 10. §. 6. 7.
& H. & C. 1.
D. 103. & R.
PROV. 39. & In.
6. §. 4.

Quas possit di-
mittere.

m. P. 2. C. I. C.
& R. 40. 41. &
43.

Monendus Ge-
neralis de di-
missis, & dimit-
tendis.

n. R. 40. 41.
Servanda in di-
missione.

5. Coadjutores temporales non plures
admittendi, quam necessitas eorum mini-
sterii postulat.

SECTION VII.

Provincialis iura, & obligationes erga
dimitteudos.

1. **F**acultatem habet dimittendi eos,
qui in prima, & secunda probatio-
ne, ante, & post emissa vota Devotionis
versantur; nisi à Præposito Generali in il-
lius Provinciam destinati, aut de Societa-
te ipsa tam benè meriti essent, ut eorum
particularis ratio habenda videretur: exci-
piuntur tamen graves, & urgentes casus;
in quibus etiam tantummodò poterit di-
mittere Scholasticos approbatos, & Coad-
jutores non formatos; at formatos, &
Professos nunquam; nisi fortè in locis re-
motissimis id concedendum judicasset Ge-
neralis. m

2. Si qui tamen horum exceptorum di-
missus est, Generalis admonendus; cui
etiam tempestivè referendum de iis, qui
parum idonei Societati deprehenduntur. n

3. In dimittendo præmittat consulta-
tionem, & tentet alia remedia ante hoc

cx-

extremum : o observetque Constitutiones Par. 2. Cap. 3. aliaque relata superius P. 4. C. 7. P

o R. 42.

pR. 44. 45. 46.

SECTIO VIII.

Provincialis jura, & obligationes circa literarum studia.

1. Provincialis est omni studio curare, ut in hoc Societatis Ministerio, quod unum est ex primariis, nihil præmittatur ex iis, quæ in 4. Part. Constit. Regulis, & Ratione studiorum habentur.

Litterarum studia Provinciali commendantur.

q R. Prov. 48. & St. 1. & 38. & In. 21. §. 2.

2. Sibi præcipuè commendata putet, quæ in Magistrorum Regulis ad pietatem, & doctrinam Christianam faciunt. Libros bonis moribus noxios procul arceat; Confessarios plures pro externis Scholasticis designari curet.

Et Scholasticorum pietas. rP. 4. C. 5. E. & C. 14. §. 3. & St. R. Prov. 31. & 34. & 40.

3. Ipsius prudentiæ relinquitur suis Nostros studiis literarum addicere, ac ab iisdem removere. Constituet idoneos, & eruditos Professores, pro ratione loci: nullum verò Lectorem adjiciet inconsulto Generali. Sacræ Scripturæ explicandæ

Scholasticos in classes dividat. Professores idoneos constituat, ac dirigat.

s P. 4. C. 5. §. 2. & c. & c. 9. §. 3. & c. 13.

G g 2 vi

§. 4. & E. & R. 49. 50. 51. 52. & Reg. Rect. 37.

† P. 4. C. 6. §. 6. & c. 12. & 13. & R. Prov. 47. & St. 2.

*P. 4. C. 12. §. 1.
 & C. 14. §. 1. &
 St. R. Prov. 5.
 & 9. §. 2. & C.
 5. D. 41. & 56.
 & C. 13. D. 15.
 *C. 5. D. 41. &
 R. Prov. 54 &
 St. R. Prov. 16.
 & C. 9. D. 23.
 & 31. & Ord.
 P. Piccol. pro
 studiis §. ult.
 y R. Prov. 50.
 & St. 21. C. 7.
 D. 92.

z St. R. Prov.
26. 27.

*Et in aliquibus
obligatur ex
præcepto.*

a Catal. cens.
c. 5. §. 2.

b Catal. cens.
c. 5. §. 2.

*Varia in studiis
curanda.*

c P. 4. C. 3. §. 2.
& c. 6. §. 3. &
B. & St. R.
Prov. 32.

d St. R. Prov.
33.

viros linguarum peritiâ, Theologiâ Scho-
 lasticâ, ceterisque scientiis, & eruditione
 excultos eligit. In primis meminerit, non
 esse ad cathedras Theologicas promovendos,
 nisi qui erga S. Thomam benè affecti fuerint.
 " Professores ad novitates pronos à docendi
 munere removeat; curetque ut solida doctrina
 ubique tradatur, omnis inutilibus quæstionibus.
 * Literarum humaniorum Professorum peculiarem
 curam habeat. y Eximiis talentis præditos
 non distineat in habendis inferioribus
 Scholis. z

4. Provincialis in virtute sanctæ Obedientiæ
 tenetur non permittere, ut in sua Provincia à
 Nostriis quidquam evulgetur de Potestate
 Pontificis supra Principes, aut de Tyrannicidio,
 nisi prius Romæ probatum sit. a Eidem in
 virtute sanctæ Obedientiæ, & sub pœna
 excommunicationis, aliisque injunctum est,
 ne sit negligens in curanda observantia
 Decreti, quo interdicitur Nostriis affirmare
 licitum, quocumque prætextu Tyrannidis,
 Principes occidere. b

5. Curet ne Coadjutorum penuriâ
 nihiùm graventur qui studiis vacant. c
 Reditum annuum instruendæ Bibliothecæ
 in Collegiis attribuat. d Comœdias, aliaque
 id

id genus rarissimè, latinas tantum, valdè
decentes, nunquam in Ecclesia permittat.

• Sub finem studiorum admoneat Gene-
ralem de singulorum ingenio, & profe-
ctu. f Librorum translatio, atque editio à
solo Generali concedenda. g

6. Sed quia molestum esset persequi sin-
gula, quæ ad studia litterarum pertinent,
& ferè omnia suis apta locis, ut materia
poscebat, sunt tradita, satis erit ad capita
quædam revocare Provincialis Regulas,
quibus ille in hac materia dirigitur. Circa
Professores Superiores, præter proximè in-
dicata, videantur Reg. Prov. 53. 54. 55.
& St. R. Prov. 16. 17. Circa Theologiæ
moralis studia R. Prov. 57. St. R. Prov.
12. 13. 14. 15. Circa Linguas Sacras R.
Prov. 51. & St. R. Prov. 7. Circa Hu-
manitatis studia R. Prov. 50. St. R. Prov.
18. 22. 23. 24. 25. Circa Professores in-
feriores, & earum Scholas distinguendas.
St. R. Prov. 21. 26. 29. 30.

De nostris Scholasticis dispertiendis, de-
stinendisque in qualibet facultate juxta eo-
rum ingenium; ætatem &c. R. Prov. 49.
50. 51. 52. & 56. St. R. Prov. 6. 8. 9.
§. 1. & R. 17. 18. & 20. & 26. 27. De
Horis, & Vacationibus Scholasticis, St.
R. Prov. 35. 36. 37. & 39. De exami-

• R. Prov. 58.

f R. Prov. 59.

& P. 4. c. 9. §.

3.

g R. Prov. 60.

*Reliqua re-
missivè.*

nandis, & promovendis Nostros in ordine ad Scholas, & Gradus literarios. Reg. Prov. 62. 63. 64. & St. R. Prov. 19. & 27. & Or. c. 18. Par. 2. & C. 7. D. 33.

Potest præterea vel per se, vel per alios præsentare Nostros idoneos ad Ordines Ecclesiasticos suscipiendos. *h*

In suscipiendo Sacramento Ordinis.
h R. Prov. 61.

SECTIO IX.

Quid possit Provincialis, debeatque in promovendis, Professis, & Coadjutoribus formatis.

Potest admittere ad Vota biennii.

i R. Prov. 65. 67. & C. 4. D. 52.

Ritus in iisdem, & tertia Probatio.

l R. 66.

m R. 68.

n Or. c. 3. §. 1.

Admissio ad Vota publica.

1. **P**otest admittere post biennium ad Vota simplicia, & substantialia Societatis; & si quos ut Indifferentes admittit, determinare ad gradum Coadjutorum, seu Scholasticorum: immo in hac classe Indifferentium, ultra tempus biennii probationis, neminem detineat. *i*

2. In emissionem autem hujusmodi Votorum servet ritum præscriptum, *l* & Scholasticos post studia ad tertiam probationem mittat; *m* quam ex gravi causa differre potest, dispensare cum nullo potest. *n* Et quæ plura præstanda sint, videat in ordinatione citata.

3. De promovendis ad Gradus Professorum

lorum, aut Coadjutorum formatorum, Generalem tempestivè moneat; & si in ré tanti momenti defuerit, sibi etiam imponendam esse poenitentiam intelligat. Quod si contingat, promovendum citra culpam suam, gravemque ob causam, aut quia literæ admissionis ad gradum serius in Provinciam perlatæ sint, designato communiter die, promoveri non potuisse, licebit Provinciali alium in id designare diem proximè opportunum. Quæ aut præmitti, aut adjungi susceptioni horum Graduum debeant, descripta, & supra exposita Par. 3. C. 1. 2. servari curet, redditurus suæ hac in parte diligentiae rationem ei, qui designabitur Visitator Provincia-
latus sui. q

o R. 69. & Or.
c. 18. p. 1. §. 1.
2. & p. 4. §. 1.

pC. 12. D. 9. &
C. 13. D. 20.

q R. 70. 71. 72.
73. 74. & Or. c.
18. p. 4. §. 2.

S E C T I O X.

Quid in Rebus Collegiorum, Domorum, eorumque, qui bonis suis non se abdicarunt, Provinciali injunctum.

1. **A**Edificiorum majoris momenti formam præscribere pertinet ad Generalem: Provincialis sacra tecta curet. Idem potest admittere, quod donatur ad

Ædificia, Donaciones &c.

r C. 1. D. 113.
& C. 2. D. 84.
& R. 75.

G g 4

au-

augendos redditus; & stabilia etiam Domui Professæ relicta vendere. Quod si pretium necessarium Domui non fuerit, & trecentorum ducatorum valorem superat, consulat Generalem: quod præstabit etiam, si donationes conditionibus aliquibus affectæ essent, & ubi novæ Foundationes offeruntur. At pecuniarum, quas expendendas ipse habuerit, ratio constet in libro apud ejus Socium. †

† P. 4. C. 2. §. 1.
& R. 76. 82.
‡ In temp. tit.
1. §. 6.

Jus ad Forum.

¶ P. 4. C. 2. C.
& R. 77.
* R. 78.

Legatorum commutatio negata Provinciali.

γ C. 8. D. 41.
Ratio paupertatis in Vestitu
&c.

z R. 84. 85.
a Ex. c. 4. §. 2.
& C. 6. D. 21. &
C. 12. D. 43. &
Or. c. 4. §. 9 &
R. 90.

2. Habet potestatem conservandi, & defendendi res Collegiorum, etiam in judicio, cum facultate alios substituendi. Non intendendæ tamen lites, sine consensu Generalis, aut ab eo in id Delegati; & quacunque honesta via declinandæ. ¶ Instrumenta authentica rerum perpetuarum ad Archivium Romanum mittat. *

3. Facultas commutandi Legata, de qua V. Commutatio §. 4. non permittitur ulli Superiori, præterquam Generali, quidquid ibi in contrarium dicatur. γ

4. Vestitus, & supellex domestica definienda ad normam Societatis. z Non ferat Nostros quidquam petere ab Externis, ut in usum proprium convertatur; nec Superiores potestatem facere possint; sed omnia eis necessaria à Societate provideantur. a

5. Videat Computa inter Superiorem, & Procuratorem transacta; rationem accepti, & expensi exigat; & relationem sui computi relatam in librum ipse subscribet. *b* Visitet bona stabilia. *c* Conditiones novarum Foundationum diligenter expensas ad Generalem scribet. *d* Magnum æs alienum conflare non sinat; & propterea plures, quàm ali possint, residere in domiciliis non permittat. *e* Plura vero remedia ad sublevandam Domorum, & Collegiorum inopiam decreta sunt à C. 7. D. 82. & C. 8. D. 60. quæ, cum aliquo additamento, referuntur in Instr. temp. & Provincialibus specialiter commendata, referuntur supra Par. 2. Cap. 2.

6. Abdicationem bonorum constantibus tantum in sua vocatione permittat. *f* Non sinat iniri pactiones pro legitima, aliisque bonis, nisi admonitis iis, ad quos pertinet, nullum jus ad ea Societati esse, & nisi Generali prius consulto. *g* Eundem admoneat, cum quis ex Nostris est dispositurus de bonis suis in auxilium Societatis. *h* Cum verò similia bona applicabuntur Societati, cum ædificatione exigantur: eleëmofynæ ex illis fiant in pauperes loci, ubi sunt bona; & ratio dati, & accepti scripto constet. *i* Demum observet quæ

Or.

*Conservatio
& Reparatio rerum temporalium.*

b R. 79.*c* R. 80.*d* R. 81.*e* R. 82.

De Abdicatione à Nostris facienda.

f R. 86.*g* C. 3. D. 39.

& C. 4. D. 65.

& R. 87.

h C. 2. D. De fin. post. 23. & R. 88.

i R. 89. & 96.

Or. Cap. 1. §. 10. præscribuntur, & distinctius supra relata sunt Par. 1. Cap. 6. Sect 5.

SECTIO XI.

De modo quo cum Generali, aliis Provinciis, ac Externis se habere debeat.

Erga Generalem.

I. **O**bedientem, reverentem, ac fidelem se Præposito Generali exhibeat; curetque, ut reliqui erga suos Superiores idem præstent. *l* Perspecta omnia Generali cupiat, tum quæ ad suam conscientiam tum quæ ad suam Provinciam pertinent; nec ad eum scribendi formulam à quocumque negligi patiatur. *m* Atque ipse in primis minimè negligat, quæ de literis, & Catalogis ad Generalem mittendis relata sunt supra Par. 6. Cap. 3. Sect. 2. Præterea ex omnibus Superiorum localium, & eorum, qui in Missionibus versantur, epistolis, singulis annis, mense Januario, rerum gestarum capita manu ipsorum subscripta ad Generalem mittat, literis annalibus materiam datura. *n* Quæ verò præstanda sunt, ut certior Generalis fiat de aptis ad gubernandum, habentur infra Cap. 3. Sect. 1. Quo.

l P. 8. c. 1. §. 4. & P. 10. §. 9. & R. 91.

m P. 9. c. 3. §. 19. & P. 8. c. 1. §. 4. & R. 92.

n Form. Scrib. §. 27.

1. Quotannis etiam ad Generalem referat de Præfectis spiritualibus à se constitutis, *o Ia. 10. §. 14.* instructisque.

2. Cogitet de communi bono Societatis, illudque juvet præsertim, 1. in Congregationibus Generalibus, ad quas jus habet independenter à Congregatione Provinciali. *p 2.* In exercenda Providentia circa Præpositum Generalem, prout in Domino senserit, & Constitutiones præscribunt. *q 3.* In Congregationibus Provincialibus, quas coget, regetque, juxta Formulam: & siquid adnotaverit circa Decreta, & Constitutiones, vel quid aliud, quod Congregationem Generalem exposcat, Præposito Generali scribat; vel Procuratori ad eum venturo tradat. *r 4.* In Congregatione ad eligendum Vicarium; quam, si adsit, convocare debet, & ei præesse. Quæ verò jura, vel obligationes in hisce Congregationibus ad Provinciale spectent, habes in Formulis earundem.

Erga Societatem, præsertim in Congregationibus.

p P. 8. c. 3. §. 1. & C. 12. D. 51. & R. 93. q P. 9. c. 5. §. 1.

r P. 8. c. 3. §. 1. & c. 5. §. 3. & R. 93.

s Form. Con. ad el. Vic. §. 2. 3.

Et extra Congregationes, in ordine ad bonum commune.

t C. 8. D. 29.

3. Præterea extra Congregationes habet jus, 1. Mittendi ad Vicarium, & Assistentes suum suffragium, in casu quo Generalis sit factus inutilis ad gubernandum; quo significet quid sibi agendum videatur pro bono Societatis. *t 2.* Approbandi Vi-

ac-

carium electum; quando Generalis ita morbo est impeditus à gubernanda Societate, ut nulla sit spes convalescendi. ^u 3. Approbandi Assistentem substitutum in locum defuncti, vel diutiùs abfuturi à Generali, ^x & Admonitorem pariter substitutum. ^y 4. Habet jus suffragii in dissolutione Domus, vel Collegii: quod tamen, ut & reliqua jura proximè enumerata, Provincialibus solum intra Europam concessa sunt; nisi ageretur de dissolutione Domus, aut Collegii extra Europam: tunc enim exquirenda etiam ejus Provincialis sententia, de cujus Domicilio agitur. ^z

4. Alias Provincias, si occasio tulerit, juvet: Externos Societati conciliet, benevolosque conservet. ^a Eidem præceptum imponitur; ut in Perturbatores Societatis inquirat, & ad Patrem Generalem deferat: nec minùs fortiter, quàm fideliter in ea re munere fungatur suo. ^b

5. Eleëmofynas à Superioribus faciendas præscribat: & peculiarem rationem habeat eorum locorum, unde redditus bonorum Ecclesiasticorum percipiuntur. ^c

^u P. 9. C. 4. §. 6.

^x P. 9. C. 5. §. 3.
& C. 4. D. 24.
25. & C. 8. D.
19.

^y C. 3. D. 42. &
C. 4. D. 24.

^z P. 4. C. 2. A.
& C. 4. D. 24.

*Caritas erga
omnes, & de ea
præceptum.*

^a P. 10. §. 11. &
R. 94. 95.

^b Con. 6. D. 2.
& Catal. Cens.

C. 2. tit. 2. §. 3.

*Eleëmofyna
taxanda.*

^c Reg. 96.



SECTIO XII.

De communi ratione juvandi
Proximos.

* 1. **S**eligat Provincialis idoneos operarios; ministeria ritè obiri curet; eorumque tempus designet; & pestilentiam infectis juvandis aliquos seponat. *d*

2. In Collegiis Scholastici tantum, non reliqui Externi, ad pietatem excolantur; si in eadem Urbe simul Domus Professorum habeatur. *e*

† 3. Ornatus Ecclesiarum in festis præcipuis sit moderatus: *f* Confraternitates Externorum, nec à Nostriis curentur, nec coeant apud Nostros: *g* Examinatores ad Ordines de sola doctrina iudicium ferant. *h*

SECTIO XIII.

De Missionibus, & Mutationibus
Nostrorum.

1. **P**rovincialis non abeat à sua Provincia sine Generalis, nec Præpositus, aut Rector à sua Domo, vel Collegio, absque Provincialis facultate; nisi locus esset

* Operarios designet.

d P. 4. c. 6. §. 3.

& c. 8. §. 3. 4.

5. 6. & c. 10. §.

10. & c. 2. D.

62. & R. 97.

98. 99. 100.

† Et quibus in Domibus.

e P. 7. c. 4. §. 10.

& R. 101.

Ornatus Ecclesiarum, Confraternitates, Examina Secularium.

f R. 102.

g P. 7. c. 4. G.

& R. 103.

h C. 2. D. 72.

& C. 4. D. 63.

& R. 104.

Mutare Stationem.

esset vicinus, aut sine gravi incommodo expectari Superioris responsum non posset. Reliquorum verò mutationes intra Provinciam Provincialis ipse ne faciat, sine causa alicujus momenti.

*§ C. 2. D. 12.
& R. 105.*

*Versantes in
Missionibus.*

*l R. 106. 107.
108. 109. 110.*

111.

*Mittere in alias
Provincias ali-
quando potest.*

m R. 112.

*Mutationes hu-
jusmodi ancon-
stituunt in alia
Provincia.*

n C. 7. D. 60.

*Imminente
Congregatione
Provinciali ne-
quit mutare.*

2. Operarii in Missionibus ab eo instruendi, & dirigendi juxta Constitutiones, præsertim Par. 7. C. 1. & 2. & Regulas Missionum. /

3. Neminem mittet extra Provinciam suam, nec etiam ad laborandum in Vineâ Domini, nisi negotii alicujus, aut peregrinationis causâ, aut nisi constaret de Generalis voluntate; vel conveniret cum Provinciali illius Provinciæ, ad quam mittere aliquem ad tempus voluerit. Ad Provincias tamen extra Europam, & inter ipsasmet, hæc transmutationes, sine facultate Generalis, ne fiant. m

4. Per has autem mutationes, mutuo Provincialium consensu factas, si temporariæ fuerint, applicari Nostri possunt Provinciæ, ad quam sunt translati auctoritate Provincialium: in perpetuis verò recurrendum ad Generalem. n

5. Post cognitam Generalis mortem Provincialis neminem ex iis, qui jus suffragii habent, ex sua Provincia in aliam mittat, ante Congregationem Provin-

vin-

cialem; nisi causa sit adeò urgens, ut ipse, & major pars Consultorum ipsius existimet esse mittendum: 0

6. At cum Nostris peregre profecturis observet quæ præscribuntur Reg. 114. 115. 116. 117. & ne detur ansa proprietati particularium, curet alicubi servari communia instrumenta itinerum. P

0 R. 113. & For. Con. Prov. §. 13.

Quid cum peregrinit.

P In. 14. §. 12.

S E C T I O XIV.

De Visitatione.

1. **P**repositi Provincialis valde proprium officium est visitare Provinciam suam; quod præstabit singulis annis. Ibi verò diutiùs immorabitur, ubi magis erit opus; præsertim in loco, ad communicationem cum inferioribus, & Generali Præposito, magis commodo. q

Visitatio frequens.

q P. 8. c. 1. I. & C. 1. D. 111. & R. Prov. 118.

2. Si quando, ob causas graviores, visitare omnia loca suæ Provinciæ ipse non possit, re cum suis Consultoribus collata, ad ea, quæ non potest, sibi alium substituat. Quamvis omninò curandum sit, ut Domus Probationis, & Scholasticorum Seminaria peculiari Cura, & per se visitet. r

Quando delegari possit.

r R. 119.

3. Ordo verò servandus in Visitatione traditur accuratissimè Cap. 14. Reg. Provin.

Quid in ea præstandum.

vincialis, additurque sigillatim Cap. 18. Elenchus eorum, de quibus, tum Superiores, tum reliqui omnes interrogandi sunt. Præterea vel addita, vel explicata quæpiam sunt alibi: qualia, ut futuri Superiores erudiantur, periculumque de iis fiat, quàm benè calleant, quæcunque ad nostrum Institutum pertinent: sicut ut moneatur P. Generalis de iis puniendis, amovendisque, qui deprehensi fuerint negotiis secularibus, etiam cognatorum, sese immiscuisse: & an Collationes casuum conscientiarum peragantur, juxta Regulas, & Decreta. Executionem rerum præscriptarum urgeat, juxta ea, quæ Sectione ultima hujus Partis referuntur; pluribusque locis statuta sunt. *

5 Or. c. 1. §. 20.
& Cl. c. 1.

2 C. 8. D. 56.
C. 13. D. 17.

* C. 6. D. 37. &
C. 9. D. 26. &
In. 18. & Cl. c.
1. init. & c. 2.

SECTIO XV.

De Visitandis Provincialibus.

Visitandi Provinciales.

7 C. 5. D. 33.

I. Licet non placuisset novum aliquod statutum condere super ratione reddenda officii sui à Provincialibus officio defunctis; 7 tamen jussu Clementis VIII. constitutum est; ut Provinciales visitentur, sive per Visitatorem, sive per Provinciale Successorem; & de suo Officio rationem redd-

reddant. z Tum confecta est instructio ad
juvandam praxim hujus Visitationis. a

z C. 5. D. 64.
§. 2.

2. Instructionis autem prædictæ hæc est
summa. Is, cui maximi momenti hæc cura
mandata est, pro viribus annitatur, ut nec
Superiorum existimationi officiat, dum
inferiorum querelis æquo plus tribuit; nec
suo muneri desit, dum in erratis Superio-
rum remissè connivet. b

a Or. c. 9.
Cause, & Per-
sona consulen-
dum.

b Or. c. 9. §. 1.

3. Capita præcipua, de quibus rationem
exiget, hæc ferme erunt. An visitaverit?
An subditorum querelas audierit? An ra-
tionem conscientiaæ acceperit? De puritate
paupertatis. De admissis, dimissisque. De
informationibus ad gradus. De ære alieno.
De Ministeriis. De institutione ad varia
Societatis munia, & præcipuè religiosam
gubernandi rationem. Quomodo se gesse-
rit cum Consultoribus, Admonitore, &
erga Generalem: & de pecuniis sibi unde-
cunque traditis. c

Capita exami-
nanda.

c Or. c. 9. §. 2.
& c. 18. p. 4. §.
1. & In. temp.
tit. 1. §. 6.

4. Circa praxim observandum, si is, cui
Provincialis sui officii rationem redditurus
est, Visitator fuerit, ex Instructione tum
communi, tum etiam particulari, satis per-
spectam habebit Societatis mentem; & ex
Regulis Provincialis, & ex capitibus supra
positis optimè intelliget circa quæ versari,
& de quibus Generalem monere debeat.

Praxis diversa
pro diversitate
Visitantium.

Si verò fuerit novus Provincialis, utetur
iisdem recitatis Informationum capitibus:
modus verò procul dubio ab eo, quo Visi-
tator uteretur, omnino diversus esse debet:
nam cum nec ab eo Provincialis, qui offi-
cio defunctus est, corrigi debeat, nec quæ ab
eo statuta sunt, immutari possint; huc tan-
tum spectabit, ut liquidò intelligat, præ-
fertim à Consultoribus Provincialis, in
quibus is erraverit: & de iis sincerè Gene-
ralem informet; ita tamen ut antea à Pro-
vinciali, de quo agitur, accipiat rationem
eorum, quæ illi objiciuntur. *d*

d Or. c. 9 §. 3.

C A P U T II.

De Commissariis, seu Visitatoribus,

S E C T I O I.

Eorum Dotes, Electio, Cessatio.

Eorum munus.

I.



Quoniam Præpositus Generalis,
licet visitare Societatem ali-
quando possit, tamen ordina-
riè Romæ Sedem habere de-
bet; *a* dimittit subinde viros primariæ au-
toritatis, qui loco sui Provincias obeant
(unde & Visitatores appellantur) seu etiam
cum

a P. 8. c. 1. §. 7.
& H. & c. 5. §. 6.
1. & Paul. V.
pag. 310.